Priuilegium Ciuium Crac: ex parte Iudæorum.

Sigismundus Dei gra̅ etc.

Significamus tenore pr̅ntium quibus expedit pr̅ntibus et futuris harum notitiam habituris. Quia cum Famati Proconsul Consules et Ciues n̅ri Crac: cum alias multotiens tu̅ etiam in hoc Conuentu Generali grauissime quererentur de Iudæis Crac: seu in Casimiria apud Cracouiam habitantibus. Quod ipsi con̅ Priuilegia Ciuitati Cracouiensi per n̅os prædecessores concessa et con̅ consuetudinem antiquam quaslibet negotiationes omnigenis mercibus exercent ipsorumque Ciuium lucra et commoditates præripererent cum magna iactura detrimento et præiuditio illorum. Si quidem ipsi soli o̅ia onera Ciuilia ferrent atque obirent. Exhibuissentque lr̅as Magnifici olim Joannis Amor de Tharnow Pallatini Crac: eius vero sigillo communitas ordinationem per eum factam de rebus quas Iudæis vendere liceat sponte libere absque vlla coactione per ipsos Iudæos approbatam et susceptam in se continen̅ supplicantes enixe vt benigna̅ ronem ipsorum Communium Ciuium habere dictorumque Iudæorum hanc laxam nimium negociandi facultatem nullo hactenus præscripto aut certa moderatione limitatam comprimere lr̅asque predictas memorati Magnifici Joannis Amor de Tharnow Pallatini Cracouien̅ et ordinationem de rebus pro quibus ipsi Iudæi vt offertur contractum venditionis facere possent authoritate n̅ra Regia gratiosi approbare ratificare et perpetuo confirmare dignaremur. Quarum quidem lr̅arum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Joannes Amor de Tharnow Pallatinus Crac: vigore pr̅ntium recognoscimus quomodo Iudæi Crac: ditioni et potestati n̅ri Pallatinatus dediti et subiecti ad n̅ram accedentes pr̅sentiam nonnullos articulos præcictos et quasdam ordinationes et statuta vcz infrascripta beniuole non coacti Ciuitati tenere et inuiolabiliter obseruare compromiserunt. Primo quia mercari non debent et omnes res mercatorias volunt et debent omittere non debent neque volunt recipere à Mercatoribus res aliquas mercatorias et easque vendere Christianis per manus eorundem quocunque nomine vocarentur nisi ipsorum vadia propria quæ ipsis inuidiantur per Christianos et postea non eximuntur sed apud ipsos manent et perduntur in vsura vulgariter wijstoia sija. Item omnia possunt vendere super quæ possunt Juramenta facere et docere iuramento quod jam essent illorum propria et eadem possunt vendere in domibus eorum temporum occurentium. Item eadem vadia non debent portare per Ciuitate̅ vendendo nisi in duobus diebus forensibus vcz feria tertia et feria sexta et in foro annuali.

Et quicunque Judaeorum vel Judaearum portaret vendere per Ciuitatem inuenire-
tur seu arestaretur quod vellet vendere quascunque res siue nouas siue veteres
demptis praefatis diebus forensibus et annuali foro debent sibi recipi et Judaeus
siue Judaea debet castigari sessione et poena Dño Pallatino trium Marcarum.
Item Judaei siue Judaeae pauperes debent et possunt vendere pepla et colo-
ria quae solae laborant et operantur. Ut autem praemissa habeant robur perpetuae
firmitatis sigillum nrum iussimus praesentibus imprimendum. Datum Cracoviae feria
tertia infra Octauas Corporis Christi. Anno dñi Millesimo Quadringentesimo O-
ctuagesimo Quinto. Nos itaque Sigismundus Rex Poloniae praefatus, considerantes
supplicationem praedictorum Proconsulis Consulum et Ciuium Cracoviae esse iustam simul
ac habentes maiorem uti par et decens est illorum rationem qui pro reparatione
munitione et conseruatione ipsius Ciuitatis nrae Cracoviae et Reipub. multa one-
ra sustinent eorumque commoditatibus benigne prospicere volentes quo faci-
lius eadem onera sustineant et lucra sibi quaerant, nec non etiam animo reuoluen-
tes quod ex crebris aliquarum rerum et ordinationum mutationibus multae difficul-
tates et incommoditates euenire soleant praeinsertas lrãs Magci olim Joannis
Amor de Tharnow Pallatini Cracoviae ac ordinationem per eum factam et per Ju-
daeos Cracoviae praedictos tam Seniores quam etiam iuniores ac eorum totam commu-
nitatem sponte libere et non coacte susceptam sed et per speciales ipsorum lrãs
caracteribus Judaicis scriptas et per Moysen filium Effraijm Jacob filium A-
lexandri Josue filium Effraijm et Mardocheum filium Jacob tunc Seniores ipsorum
Judaeorum de Cracouia subscriptas etiam coram nobis originaliter per ipsos Ciues
Cracoviae exhibitas et in nullo prorsus suspectas approbatas et nunquam postea reuocatas
ratam et gratam haberi ac Judaeis ipsis valde congruam et eorum legi Juribusque
consentaneam esse perpendentes ex sententia ac de consilio et assensu Consiliario-
rum nrorum vtriusque status in hoc Conuentu generali congregatorum in omnibus punctis clau-
sulis articulis et conditionibus confirmauimus ac harum serie lrarum confirma-
mus roburque perpetuae et inuiolabilis firmitatis easdem lrãs praeinsertas ac ordinationem
in eis factam tanquam si per nosmetipsos vel praedecessores nrõs facta fuisset obti-
nere ac debitae executioni demandandam fore et omnino demandari debere per-
petuis temporibus et in aeuum decernimus et declaramus absque vlla contradictione
et impedimento Pallatini aut Capitanei Cracoviae pro tempore existentium et quorumuis
aliorum Officialium nrorum. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nrum
praesentibus est appensum. Dat. Cracoviae in Conuentu Generali feria quinta ante Domini-
cam Laetare proxima. Anno dñi Millesimo Quingentesimo Vigesimo Septimo.
Regni verò nri Anno vigesimo primo. Petrus Epus et Vicecancellarius. Relatio Re-
uerendi in Christo Patris Dñi Petri Epi Cracoviae et Regni Poloniae Vicecancellarij.